

Quia sunt multi qui ex eo quod non multam operam dant sacre scripture existimant omnes libros qui in biblia continentur pari veneratione esse reuerendos atque adorandos / nescientes distinguere inter libros canonicos et non canonicos: quos hebrei inter apocrypha computant: unde sepe coram doctis ridiculi videntur: et perturbantur: scandalizanturque cum audiunt aliquem non pari cum ceteris omnibus veneratione proficere aliquid quod in biblia legatur. Ad hoc hic distinguimus et distincte numeramus: primo libros canonicos et postea non canonicos: inter quos tamen distat quantum inter certum et dubium. Nam canonici sunt consecrati spiritu sancto dictate. Non canonici autem siue apocryphi nescitur quo tempore quibusque auctoribus sint editi: quia tamen valde boni et vtiliter sunt: nihilque in eis quod canonicis obuiet inuenitur. ideo ecclesia eos legit et permittit: ut ad deuotionem et ad morum informationem a fidelibus legantur: foris tamen auctoritas ad probandum ea que veniunt in dubium aut in contentionem: et ad confirmandam ecclesiasticorum dogmatum auctoritatem: non reputatur idonea: prout dicit beatus Hieronymus in prologo super Iudith: et super libris Salomonis. Et libri canonici tante sunt auctoritatis: quod quicquid ibi continetur verum tenet firmiter et indiscussibile. Et per consequens illud quod ex hoc concluditur manifeste. Nam sicut in philosophia veritas cognoscitur per reductionem ad prima principia per se nota: ita in scripturis a sanctis doctoribus traditis veritas cognoscitur: quantum ad ea que sunt fide tenenda per reductionem ad scripturas canonicas que sunt habite diuina reuelatione cui nullo modo potest falsum subesse. Unde de his dicit Augustinus ad Hieronymum: Ego solis eis scriptoribus qui canonici appellantur didici hunc timorem honoris deferre ut nullum eorum scribendo errasse firmissime teneam: ac si aliquid in eis offendero quid videatur contrarium veritati nihil aliud existimen quam mendosum esse codicem: vel non esse assecutum interpretationem: quod dictum est: vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego: ut quatenuslibet sanctitate doctrina ve polleant: non ideo verum putem: quia ipsi ita senserunt: sed quia mihi per illos auctores canonicos vel probabiles rationes: quod a vero non abhorreat persuadere potuerunt. Sunt igitur libri canonici veteris testamenti viginti duo: ad numerum vigintiduarum litterarum hebreorum: prout scribere originem super primam psalmum refert Eusebius libro. vii. ecclesiastice historie: et copiosius distinctiusque dicit beatus Hieronymus in prologo galeato qui est regum: qui omnes in tres partes ab hebreis diuiduntur: in legem: id est quatuor libros moysi in prophetas octo: et agiographa nouem ut statim clarius patebit. Quis nonnulli librum Ruth separat a libro Iudith: et lamentationes Hieremie a Hieremia: et inter agiographa computent ut sint vigintiquattuor libri ad numerum vigintiquattuor sententiarum: quos Apocalypsis inducit adorantes agnum. Isti sunt libri qui sunt in canone: prout latius scribit beatus Hieronymus in prologo galeato: qui est super libros Regum. Et primo quatuor libri Moysi qui appellantur lex: quorum primus est Genesis. secundus Exodus. tertius Leviticus. quartus Numeri. quintus Deuteronomium. Secundo sequuntur octo libri prophetales: quorum primus est Iosue. secundus Iudith cum Ruth. tertius Samuel. i. primus et secundus Regum. quartus Ieremias cum lamentationibus. septimus Ezechiel. octauus liber duodecim prophetarum: quorum primus est Ieremias. secundus Iohel. tertius Amos. quartus Abdias. quintus Jonas. sextus Michas. septimus Naum. octauus Abacuc. nonus Sophonias. decimus Aggeus. undecimus Zacharias. duodecimus Malachias. Tertio sequuntur agiographa nouem. quorum primus est Iob. secundus Psalterium. tertius Salomonis proueria. quartus eiusdem Ecclesiastes. quintus eiusdem Cantica canticorum. sextus Daniel. septimus Paralipomenon: quia apud hebreos est vnus liber non duo. octauus Esdras cum Hieremia. (est enim totus vnus liber) nonus Ieremias. Quicquid autem extra hos est (de veteri testamento loquor) ut dicit Hieronymus. inter apocrypha est ponendum. Isti sunt libri qui non sunt in canone: quos tamen ecclesia ut bonos et vtiliter libros admittit: non ut canonicos: inter quos sunt aliqui maioris auctoritatis: aliqui minoris. Nam Tobias: Iudith et Machabeorum libri. Sapientie quoque liber: atque Ecclesiasticus: valde ab omnibus probantur: ita quod Augustinus libro. ii. de doctrina christiana tres superiores numerat inter canonicos: et de Sapientia atque Ecclesiastico dicit meruisse illos recipi in auctoritate: et inter propheticos debere numerari: et de libris Machabeorum libro

rum libro. xviii. de ciuitate dei: loquens de Esdre libris dicit: quod quia hebrei non habeant eos pro canonicis: tamen ecclesia habet illos pro canonicis propter quorundam martyrum passionem vehementes atque mirabiles. Minoris autem auctoritatis sunt Baruch. et tertius et quartus Esdre. Nam Augustinus in loco supradicto nullam de his facit mentionem: cum tamen (ut dixi) alios apocryphos canonicis annumeret. Rufinus quoque in expositione symboli et Psido. in libro. vi. etymolog. vbi hanc Hieronymi diuisionem referunt: horum nihil meminerunt. Et ut numerus eos eo ordine quo sunt in biblia: quis alio ordine fuerint editi. Primo sunt tertius et quartus liber Esdre: qui dicuntur tertius et quartus: quia ante Hieronymum greci et latini libri Esdre canonicum secabant in duos libros. Sermones Hieremie. secundum librum appellantes. Isti autem tertius et quartus inter omnes non canonicos minoris (ut dixi) sunt auctoritatis. Unde Hieronymus in prologo Esdre eos appellat somnia. et in paucissimis biblis manu scriptis inueniuntur: et in multis impressis inuenitur solum tertius. Secundus est Tobias: liber valde deuotus et vtilis. Tertius est Iudith: que dicit Hieronymus. in prologo fuisse a nicena synodo computatum in numero sanctarum scripturarum. Quartus liber Sapientie: que scripta fuisse Pbilonem alexandrinum iudeum doctissimum fere omnes tenent. Quintus est liber Iesu filij syrach: qui Ecclesiasticus dicitur. Sextus est Baruch. ut dicit Hieronymus. in prologo Hieremie. Septimus est Machabeorum liber in primam et secundam diuisus. Neque aliquid moueat in Iudith et Tobie prologis dicitur: quod apud hebreos inter agiographa leguntur: quod manifestus error est: et apocrypha non agiographa est legendum: qui error in omnibus quos viderim codicibus inuenitur: et inoleuit (utputo) ex pietate et deuotione exscribentium qui deuotissimas historias horrebant annumerare inter apocrypha. Nam quod hic error multis retro annis codices occupauerit: ostendit magister in historia Iudith: vbi dicit: hic liber apud chaldeos inter historias computatur: et apud hebreos inter apocrypha: quod dicit Hieronymus. in prologo qui sic incipit: Viginti et duas litteras. Si ergo alicubi in prologo super Iudith legitur inter agiographa: vitium scriptoris est: quod in ipso titulo deprehendi potest. Et quo miror quod dicitur magister non aduerterit eundem esse errorem in prologo Tobie: ut ipse dicit hanc historiam hebrei ponunt inter apocrypha. Hieronymus tamen in prologo suo dicit inter agiographa: Glosa quoque super dicto prologo Tobie dicit potius et verius dixisset: inter apocrypha: vel large accipit agiographa quasi sanctorum scripta: et ita non est de numero illorum nonen: que proprie dicuntur agiographa: qui sunt de cathalogo: id est de numero. xxi. librorum biblie. Nam cum Hieronymus. in prologo galeato: post enumerationem canonicorum librorum dicat: hic prologus scripturarum quasi galeatum principium omnibus libris quos de hebreo vertimus in latinum conuenire potest: ut scire valeamus quicquid extra hos est: inter apocrypha esse ponendum. Igitur sapientia que vulgo Salomonis inscribitur: et Iesu filij syrach liber: et Iudith: et Tobias et Pastor: non sunt in canone: quomodo credendum est: illi post ea in illis prologis scripsisse inter agiographa: et sibi ipsi contra dicere. Si quis preter ea librorum examine Hieronymi verba in dictis prologis perpenderit: animaduertit illud scripsisse apocrypha non agiographa. Dicit enim in prologo Tobie: Erigitur ut librum chaldeo sermone conscriptum ad latinum stilum traham: librum vtiq; Tobie que hebrei de cathalogo diuinarum scripturarum secantes: his que apocrypha memorant manciparunt. In Iudith autem ait: apud hebreos liber Iudith inter apocrypha legitur: cuius auctoritas ad robora illa que in contentionem veniunt minus idonea iudicatur. Cuius itaque dicitur hebreos secare Tobiam de cathalogo diuinarum scripturarum: et Iudith auctoritatem minus idoneam iudicari si inter agiographa numeraret et non inter apocrypha contraria videretur in eodem loco scripsisse. Sed (ut dixi) scriptores hoc nomen apocrypha horrentes deuotione ac pietate quadam reiecto apocrypha: agiographa scripserunt. Rufinus vero vbi supra enumerat libris canonicis: in quibus cum Hieronymo concordat infert. Hec sunt que patres intra canonem condiserunt. ex quibus fidei nostre assertiones consistere voluerunt. Sciendum tamen est quod et alij libri sunt: qui non canonici sed ecclesiastici a maioribus appellati sunt. i. sapientia que dicitur salomonis et alia sapientia que dicitur filij syrach et infra eiusdem ordinis est libellus Tobie: et Iudith: et Machabeorum libri: et infra que omnia legi quidem in ecclesiis voluerunt: non tamen proferri ad auctoritatem ex his confirmandam. Ceteras vero scripturas apocryphas nominauerunt quas in ecclesiis

Canonici libri

apocryphi

Hiernus libri canonorum

Agiographa

Non canonici autentici

Minoris auctoritatis

D

Ecclesiastici libri

a ij * legi uo

De libris biblie canonicos et non canonicis

E legi noluerunt. **P**reterea e sciendū q̄ i libro **H**ester illapdū/ taratū in canone: q̄ scribūt vsq; ad eū locū ubi posuim⁹: fi nit liber **H**ester. prout est in hebreo: que postea sequunt nō sunt in canone: similiter in **D**antele: illa tantū sunt i canone que sunt vsq; ad eū locū ubi posuimus. **F**init **D**aniel propheta: que postea sequitur non sunt in canone. **Q**uis autem **D**avid. i. psalterium apud hebreos non ponatur inter p phetas sed inter agiographa: tamen fere omnes latini euz nō solum prophetam sed summum prophetarum vel secundum vocant. **D**anilem quoq; inter prophetas numerat. **A**lter quoq; aliqui latini diuiserunt vetus ⁊ nouum testamentum. **L**egales i. in libros legales: historiales: sapiētiales: ⁊ prophetales. **L**egales appellant quinq; libros moysi: in veteri testamēto qui bus in nouo faciunt respondere: quattuor euangelia: **H**istori ales **J**osue: **J**udicium: libros **R**egum **P**aralipomenon: **E** dram: **H**ester: ⁊ **J**ob: quibus in nouo correspondent acta apo stolorū. **S**apiētiales tres libros **S**alomōis. i. **P**rouerbia: **E**cclēstias ten: ⁊ **C**anticū canticorū: quibus in nouo correspon dent epistole **P**auli: ⁊ que canonicē dicuntur: prophetales fa ciunt **D**avid: **J**ed est psalterium: **E**saia: **H**eremiam: **E**zechiel: **D**uodecim prophetas ⁊ **D**anilem: quibus in nouo re spondet liber **A**pocalypsis. **N**oui autem testamenti omnes qui in biblia ponuntur libri sunt in canone testibus **H**ierony mo: **A**ugustino: ⁊ **V**idoro in locis supra dictis. **S**unt quat tuor: sacrosancta euangelia: scilicet **M**attheus: **M**arcus: **L**u cas: **J**ohannes. **P**auli apokoli epistole. xliij. quarum vna est ad **R**omanos: ad **C**orinthios due: ad **G**alatias vna: ad **E**phe sios vna: ad **P**hilippenses vna: ad **T**hessalonicenses due: ad **C**olocenses vna: ad **T**imotheū due: ad **T**itū vna: ad **P**hi lemonem vna: ad **H**ebreos vna. **I**tem **A**ctus apostolorum. **S**em epistole septem que canonicē appellantur. **Q**uorū vna est iacobi: due **P**etri apostolorum principis. **J**ohannis apo stoli ⁊ euangeliste tres: **J**ude qui als **T**hadeus dicitur vna: **D**emum liber **A**pocalypsis. **S**i omnes libri pro canonicis ha bentur. **Q**uis ante **H**ieronymū a multis de epistola ad **H**ebreos dubitaretur: quam hesitationem ipse multis rationibus sustulit. **V**idem de epistola **J**ude: ac de secunda ⁊ tertia **J**o hannis: in ecclesia primitiua a multis an deberent in canone recipi valde dubitatum est: de quorum prima sic dicit **H**iero nymus in libro de viris illustribus. **J**udas frater **J**acobi par uam quidem que de septem canonicis est epistolam reliquit: ⁊ quia de libro **E**noch qui apocryphus est: in ea assumit testi monium: a pleriq; reuocatur: tamen auctoritatem vetustate iā ⁊ vsu meruit: ⁊ inter sanctas scripturas computatur. **D**e alijs aut duabus que incipiunt: senior: dicit in capitulis **J**ohānes ⁊ **P**apias in dicto libro: q̄ asserbant esse **J**ohannis p̄lyteri discipuli **J**ohānis euāgeliste: qui dicebat senior **J**ohānes: s; tū omnium approbatione iam sunt recepti: ⁊ citra cuiusq; re fragationem pro canonicis habentur.

Translatores Bible

Prolemē philadel phus **Lxx. interp tes**

Notandum q̄ trāslatores ⁊ interpretes Bible multi fuerunt: quia sicut dicit magister in historijs ante incarnationem domini an nis. ccc. xli. temporibus **P**tolemei philadel phi regis egypti. **Lxx.** interpretes floruerūt q̄ legem ⁊ prophetas hoc modo transtulerunt. **P**tolemus studiosus ⁊ librorum cupidus percipiens apud iudeos leges esse ore dei editam: ⁊ digito illius scriptam/ mis sis epistolis ⁊ muneribus rogauit eleazarum pontificem iude orum: vt sibi viros seniores hebraice ⁊ grece lingue peritos: qui interpretari ⁊ transferre valeret / dirigeret. **E**t enim sua desideria essent eam in greco trāslatam habere: ⁊ archiuis re galibus interfere. **E**leazarus autem annuens eius petitiōi: de vnaquaq; tribu sex legis peritos destinauit. **S**i sunt septua gintaduo interpretes qui licet septuagintaduo fuere more sa cre scripture cōmunitur: dicuntur tamen septuaginta quia ⁊ si duo supersunt hoc est modicum respectu septuaginta: **Q**ui ve nientes ad regem pentateuchum ⁊ prophetas transferentes coram rege disputauerunt de vno deo colēdo: ⁊ q̄ nulla crea tura esset deus. **V**nde est q̄ vbiq; occurbat eis in tran sferendo de trinitate vel sub silentio preteribant. vel sub enig mate transtulerunt: ne tres deos colēdos tradidisse videren tur. **S**imiliter de incarnatione verbi facientes. **V**nde trans latio septuagintaduū quandoq; est superflua quandoq; di minuta. **P**ost incarnationem autem domini ⁊ passionem an nis centū

Aquila quidem iudeus ad fidē conuersus: sed postea in heresim lapsus primus interpres fe cit aliam translationem de hebraico in grecum tempore **A**dri ani imperatoris. **D**einde post annos. liij. **T**heodotion fe cit tertiam translationē sub **C**ōmodo. **D**einde post ānos. xxx. **S**ymmachus interpres clariuit sub **S**euero. **D**einde post an nos. viij. inuenta est quedam translatio hierosolymis: cuius auctor ignozatur: que dicta est vulgata translatio vel quinta editio. **D**einde post annos. xvij. tempore **A**lexandri: superue nit **O**rigenes vidēs istas translationes iperfectas: incepit cor rigere translationem. **Lxxij.** interpretum per posteriores iam dictas translationes. vel fm aliquos solum translationē **T**he odotionis immiscuit scilicet supplens diminuta ⁊ rescans su perflua. **V**biq; igitur ad translationem. **Lxxij.** interpre tum aliquid addidit ex translationibus sequentibus ibi pone bat asteriscum. i. stellam vel formaz astris: per quod innuit q̄ p additionem illam elusebant que prius deerant. **E**t dicitur ste riscus ab aster ⁊ icon quod est imago vel signū ⁊ producit pe. q; apud grecos icon scribit per ei diphthongon: ⁊ dicit alte ricus fm modernos: vel asteriscus fm antiquos: ⁊ tunc dicit ab astris. i. stella: ⁊ icon. **V**bi nō erat superflū ponebat obe lum. **O**belos enim grece dicitur sagitta latine vel verum: sig nans per hoc q̄ littera ibi superflua erat. **D**einde ipse **O**ri ge nes: vt dicit **H**ierony. sextam ⁊ septimaz translationem miro labore repperit: que translationes. i. quinta: sexta ⁊ septima: li cet vt idem ait **H**ierony. quibus censeat auctoribus ignozet: tamen ita probabilem sui diuersitatem tenent vt auctoritatem sine nominibus tenuerint. **D**einde quidam volentes habere omnes istas translationes simul scribebant libros sic eos ordi nantes q̄ in medio cuiuslibet folij ponebat ser colūnas a sum mo deorsum descendentes. ponentes in prima verba transla tionis prime: in secunda secunde ⁊ sic de alijs. **E**t isti libri di cti sūt hexapla: ab hex grece: quod est sex latine: quasi sexcupla vel dicitur hexapla quasi liber habens sex trāslationes rectas vel rectificatas. **E**t his temporibus multi vtriusq; lingue scio li fecerunt alias translationes de predictis grecis translationi bus in latinum: **N**ouissime superueniens beatus **H**ierony mus: peritus in tribus linguis hebraica: greca ⁊ latina. primo correxit translationem. **Lxxij.** interpretum in latino cum as tericis ⁊ obelis. **P**ostea vero transtulit imēdiate **B**ibliam de hebreo in latinū sine astericis ⁊ obelis. **E**t hac translatiōe nūc vbiq; vtitur tota romana ecclesia: licet non in omnibus libris. **E**t ipsius translatio merito ceteris ante fertur: quia est verbo rum tenacior ⁊ perspicuitate sententiē clarior. **E**t translatio p̄ ma. i. **Lxxij.** interpretū facta ē in **A**lexandria ciuitate que me tropolis est egypti. **A**lie autem translationes in diuersis par tibus mundi vbi tunc magistri polluerūt. **N**ota q̄ vbiq; q̄ in libris veteris testamenti mendositas reperitur: curren dum est ad volumina hebreorum: quia vetus testamētū pri mo in lingua hebraea scriptum est. **S**i vero in libris noui testa menti reuertendum est ad volumina grecorū: q̄ nouū testamē tū p̄mo in lingua greca scriptū est p̄ter euāgelīū **M**atthei: et epistolam **P**auli ad **H**ebreos.

Que prima parte huius operis contineant.

Prima refert **M**oyse liber hic modulamiā q̄nq; **B**at **B**enefis mūdo principū: atq; homini. **E**rit ab egypto ppl's: pharaoq; plagatur. **O**ffert **L**euiticus munera grata deo. **M**ansio deserti sequitur: ppl's numeratur: **E**t legem repetit deuterōs inde nomos.

Aquila
Theodoti on
Symmachus
Vulgata translatio
Origenes
Asteriscus
Obelus
H
Herpluma
Heris hic ronymus
Nota